Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26151
Copyright: Admont, Benediktinerstift

sacrificium corporis et sanguinis sui in precium placacionis et
redempcionis humane generis Abak iii° Splendor
eius ut lux cornua in manibus eius id est unum ·eit
in manu sinistra unum cornu ad recipiendum · in
manu dextera unum cornu ad infundendum et in
plendum electos de suo sanguine habundancia
·x°. Quartum id est Descripcio stature crucis
Circa staturam vero crucis · attendendum
est · primo quot ipsius statura fuit protracta que precipue
consideratur ex sue profunditatis et altitudinis pro
tensione · que sic se habent ad invicem sicud mons
et vallis · quorum uno augmentato augmentatur ·
et reliquum per respectum ad alterum · quia quanto mons
altior tanto vallis profundior et econverso quanto vallis
profundior · tanto mons altior. Crucis autem Christi
profunditas inscrutabilis attenditur in maiesta
tis Christi summa humilitate quia cum in forma dei esset se
metipsum exinanivit factus obediens usque ad
mortem crucis. Crucis vero altitudo incomprehensibilis
attenditur in humanitatis Christi summa exaltacione quorum
utrumque protendebat mensuram et quantitatem
alterius · quia quanto Christus maiestatem sue dignitatis
per mortem crucis plus humiliavit · tanto plus
humilitatem sue humanitatis plus exaltavit super
omnia ad Philippenses ii° Propter quod et deus exaltavit